
3708.
HR Petrus Matthiæ F. Vardensis
In Solennitatem Nuptiarum
Dn. Palæmonis Georgii
& Annæ, M. Jonæ filiæ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3708 4° (LN 1127)




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3708 4° (LN 1127)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3708 4° (LN 1127)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3708 4° (LN 1127)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3708 4° (LN 1127)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3708 4° (LN 1127)

DA BOX

= L. N. 1127

M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3708 4° (LN 1127)

3708

EPITHALAMIVM

IN SOLENNITATEM NV-
PTIARVM REVERENDI VIRI,
eruditionis ac honeſtatis laude præſtantis, Dn. PA-
LÆMONIS GEORGII, gregis Dominici in
IERNÆ & SKADTZE, Pa-
ſtoris fideliſsimi:
SPONSI.

NEC NON
LECTISSIMÆ AC HONE-
ſtiſsimæ Virginis, variis virtutum ornamentis deco-
ratæ, ANNÆ, Viri tum doctiſsimi, tum candi-
diſsimi Dn. M. IONÆ, vineæ Domini,
qvæ eſt in ANDZE & GESTEN,
Præfecti vigilantiſsimi filiæ:
SPONSÆ.

Gratitudinis ergò
Scriptum
à
Petro Matthiæ F. Vardenſi
Sponſi cognato.

HAVNIÆ Typis Matthiæ Vinitoris.
Anno 1599.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3708 4° (LN 1127)

Vera veri & ſinceri amoris
Pictura.



Matth. 19. v. 6.

Qvod DEVS conjunxit: Homo ne
ſejungat.

BIBL. REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3708 4° (LN 1127)

TRICOLON TRI-STROPHON. *Verſ. primus Choriambicus trimeter. 2. Tetrameter. 3. Pentameter.*

COLLOQVVNTVR
Neogamus & Mellogamus.

NEOGAMVS.

Felix is ter & amplius,
Qvem ſervat Domini perpetuus favor,
Ac cuj conſpicuâ, dat placidus, fulgere gloriâ:
Felix ac iterum, ſacræ
Hærens qvi domui eum celebrat patrem,
Mercedem ille laborum cumulatam accipit affatim.
Merces haud minima hæc erit,
Clemens cum rapidis fluctibus obrutum
Curarum eximit, almâ tribuens gaudia dexterâ.
O Patrem placidum & bonum,
Et pronum auxilij rebus in aſperis,
Riſum pro lacrymis qvi tribuit fœdera amantibus.
Qvis qvæſo ſatis hunc qveat
Vnqvam tollere cantu? tumidis malæ
Sortis qvippe procellis probus is liberat anxios.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3708 4° (LN 1127)

MELLOGAMVS.

Sermonem memoras pium,
Agnoſco, & populo prædico : nam probè
Sponſo (crede mihi) competit hoc tempore candido,
Nobis ergo erit is vadis,
Vultus qvòd Deus advertat amabile
Lumen dilaceratis penitus cladibus ultimis,
Is verè Dominus bonus,
Qvi SOL, *qvi* CLYPEVS, PRÆSIDIVM *ſuis*
PORTVS *ac merito ſtatio tuti placidiſsima,*
Qvi cingit famulos modo
Arcano, viduos nec patrij auxilî
Linqvit, ſed ſolidâ proſeqvitur munificentiâ.
O qvàm munificus parens,
Tradit qvi populo jura ſalubria,
Vt floris nitidi, ſic animum paſcit, amœnitas.
Majeſtas ſit ei ac honor,
Qvòd non ſe famulo præbuit aſperum,
Mercedemq́; laborum precioſam dedit affatim.
Sed qvid nectimus hîc moram ?
Aut cur non ſacra ſacri atria viſimus
Templi ? eamus, eò nunc populus confluit undiq́;.

Mini,

MINISTER
Ad
Sponſum & Sponſam.

CVm vobis cordi ſit caſta & ſancta Dei lex,
Lex jungi caſtis mandans duo pectora vinclis,
Huc animos læti veſtros advertite qvæſo.
Mira canam, ſed vera canam, qvæ Rector olympi
Præſtiterit qvondam propriâ virtute benignus.
Cùm primùm ex nihilo cœlum terramq́; creaſſet,
Occupat & vaſtus ſe ſubter qvicqvid olympus,
Humanum ſtruxit terræ de corpore corpus,
Eſſet ut Archetypi divini teſtis apertus.
Omnia ſic poſtqvam fabricata fuêre Magiſtro,
Abrupit clemens ſermone ſilentia tali.
Cum pare qvæq́; ſuo degunt animalia, nec non
Producunt ſobolem, verum ſine fœnore vitæ
Triſtia ſolus homo ducat cur tempora? non ſic,
Illi præſtabo ſociam comitemq́; laboris,
Qvò mage felices vitam traducat in annos.
Qvare viri preſſit mox lumina clara ſopore,
Nec non fulgentem coſtam, qvæ viſcere ab imo
Hæſerat, eripuit, de qva probus arte potente,
Fœmineum in propria confinxit imagine ſexum.

Cujus diſcuſſâ tandem gravitate ſoporis,
Evigilans, novit coſtam de corpore ſumptam:
Ac dixit: Non me fallit mens conſcia recti,
Tu qvòd de propriis os oſsibus & caro carne
Sis facta, iccirco mea ſancta VIRAGO voceris.
Hæc vbi dicta dabat, mandando juſsit apertè
Hos Dominus dextras æqvis immittere dextris,
Et ſic conjunctos lætam producere vitam.
Hæc pia cum tangant verè præcordia veſtra,
Præſcripto ex Domini dextras conjungite dextris,
Has nunqvam poterit leges violare jugales,
Vel Satanas, Latiis vel gens exorta Lupercis:
Vel qvoq; de fratrum raſa cervice coborte.
Sanctè etenim Patris qvod ſic æterna voluntas,
Sanxit, in æternum ſartum tectumq; manebit.

ODE PHALÆCIA Ad Populum.

PRæſens ô proba turba nuptialis
Cantu concelebra Deum vocali:
Illius cane nomen: atq; numen
Grato pectore prædica perenne.
Nam CLEMENTIA *termino negata*

Eſt

Eſt nullo famulis piis paterna:
Sed tanquam Clypeo favoris umbrâ
Illos munit in aſperis benigna.
Accedit BONITAS *aperta cunctis:*
Hinc CONSTANTIA *fœderum perennis.*
Quarum nobile lumen hîc refulget,
Lumen, quod nimis ah nimis venuſtum.
Vt fervet mare ſemper haud procellis
Vexatum, nec humus riget pruinâ
Sic mœrentibus improbus nec almam
Avertit (mihi crede) ſemper aurem.

VOTVM
PRO FELICI SVCCESSV.

O Potens rerum genitor precantem
Æquus exaudi: tibi quæ profundit
Lingua, nec vultu tetrico ſacrata
Deſpice vota.

Ecce te ſolum veneror, precorq́;
Hoc ut inceptum placidus ſecundes,
Et furor, fraudes, ſcelerum libido
Hinc procul abſint.

Floreat: concordia diva creſcat,

Creſcat

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3708 4° (LN 1127)

Creſcat (exaudi) numeroſa proles,
Atq́ præclaris domus inſtitutis
Culta niteſcat.
Sic tuas laudes celebret PALÆMON,
ANNA *ſic grates tibi mente ſancta*
Solvat, & certò penetret per omnes
Gloria terras.

ΤΈΛΟΣ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3708 4° (LN 1127)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3708 4° (LN 1127)